

Voluntati humane. sicut sunt esse vivere et intelligere. Est conclusio secunda iuxta
Albertum. quod cum deus sit principium dans esse et primus in esse et gubernans
ad optimum sue nature unumquodque. et cum omnia appetant esse sicut et bo-
num. a nullo potest haberi odio. sed in ista consideracione omnia aut naturali
aut animali aut intellectuali motu amant deum. Sunt autem quidam effectus
rei qui repugnant inordinatae voluntati. sicut inflictio pene. et etiam cohibitio
peccatorum per legem divinam que repugnant voluntati depravate per peccatum
Et sic est tertia conclusio. Et secundum hanc consideracionem talium effectuum ab ali-
quibus deus odio haberi potest. in quantum se apprehendit peccatorum probi-
bitor et penarum inflictor. Ad rationes in oppositum. Ad primam respondetur quod
dictum Dionysij de appetitu naturali intelligitur. qui tamen in dominatis per-
vertitur per id quod addit ex deliberata voluntate. Vel dicendum. quod ratio illa
procedit quantum ad illos qui vident dei essentiam que est ipsa essentia homi-
nis. Ad secundam respondetur eodem modo. Ad tertiara respondetur. quod deus
convertit omnia ad seipsum in quantum est essendi principium. quia omnia in qu-
tum sunt. tendunt in dei similitudinem qui est ipsum esse

Ad tertiara questionem sic proceditur. Et videtur quod
non omnis sollicitudo temporalium sit prohibita. Primo sic ex illo. Luce. x.
Marta sollicita es erga plurima. Secundo ex illo ad Romanos. xij. Qui preest in
sollicitudine etc. Tercio ex illo. I. cor. vij. Qui cum vxore est. sollicitus est
que sunt mundi quomodo placeat vxori. In oppositum est euangelium pre-
sens. Respondeo iuxta dominum Albertum dicendum. quod duplex est sollicitudo.
Una est suffocans. et est quando vitalis spiritus qui in nobis lucet fit et calet
caritate sollicitudine peccatis seculi. sic stringit vel extinguit quod ad deum se exte-
dere non potest. nec vehere virtutem ad obsequium christi nec spirare auras
spiritus sancti. tunc fit omnino quod dicitur ad Hebraeos. xij. quod verbum inter spiras cadens
a sollicitudine et curis seculi suffocatur. et non fert fructum. Et hec sollicitudo
est quando tanta cura mundanorum habetur quod lucra mundana preponuntur
diuinis. et hec sollicitudo hic interdicitur. Alia est sollicitudo spiritum vitale non
stringens nec operiens ut extinguat. sed potius dilatas. ut ille qui totus ascen-
dit per deuotionem ad deum dilatat in providentia commissorum. et hoc modo
dicitur ad Romanos. xij. Qui preest in sollicitudine etc. et hec non interdicitur. sed con-
ceditur. et illis quibus incumbit precipit. I. Thimo. v. Qui suorum et marime
domesticorum curam non habet etc. Est etiam sollicitudo circa temporalia bo-
na non tanquam circa finem ultimum et principalia bona sicut circa organa et
instrumenta pueniendi ad consequendum spiritualia bona. et talis sollicitudo est lic-
ita. sicut illa que fuit Marthe. Ex his patet responsio ad obiecta.

Dominica. xvi. est euangelium. Ibat iesus in ciuitatem
que etc. Luce. vij. Circa quod mouet tale dubium.

Terz hoc miraculum quo resuscitauit filium vidue fuit
sufficienter ostensuum diuinitatis christi siue quod christus esset verus
deus. Et videtur quod non. Primo sic. Esse deum et hominem est proprium